

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1637

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 194 / Tabuteau 246

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Lisieux, Saint-Pierre (cathédrale)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1050-1066]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard remet à l'église Saint-Pierre de Lisieux Nonant et ses dépendances, selon la donation faite par les évêques Roger, Herbert et leurs prédécesseurs.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°194, p. 376-377.

## Dissertation critique

1050 env. - 1066. Mathilde souscrit cet acte, aussi est-il postérieur au mariage du duc Guillaume en 1050 ou peu après (FAUROUX, p. 376).

Texte établi d'après a

[Patet] omnibus Christi fidelibus qualiter, nutu divinæ dispensationis, primitive status ecclesie per diversas provincias [inchoaverit], et postea per [ætatum] intersticia rebus augmentatis, ad id ubi nunc est sublimitatis fastigium pervenerit. Nam post dominice ascensionis triumphum, cum apostoli sancti viri et orthodoxi æcclesias ad cultum divine religionis ordinate construxissent, quamplurimi, relicta gentilitatis idolatria, [se christiane professioni] mancipaverunt et patrimonia, que prius vanitati, pro animarum remedio æcclesiarum utilitati [contulerunt]. Postquam autem genus posteritatis majores imitando, tam sanctæ reipublice majestatem longe lateque diffusam [magnifico ditavit imperio, sancti] patres, tunc temporis gubernationis frena spiritualiter moderantes, per divine consilium [prudencie, habitis conciliis synodalibus], unanimiter decreverunt decretumque canonicis legibus confirmaverunt, ut quicumque filius perdicionis dotem sanctæ matris [æcclesiæ tanquam] manu predatoria exterminare presumeret, ab ipsius gremio sequestratus, perpetuæ damnationi subjaceret quorum vero [auctoritatem] ego Willelmus, Dei annuente clemencia Normannorum comes, pro consensu humane fragili[tatis] exequens, in nomine sanctissime et individue Trinitatis trado Sancto Petro Lisiacensis æcclesie, Nonant et omnia ad id pertinencia, ea firmitatis ratione, pro assensu et dono Rogerii episcopi Heberti que episcopi, et eorum antecessorum, ut sine contradicionis molestia ad locum supradictum, pro remedio anime mee necnon eorum animarum, perpetualiter maneat, nec in alterius manum potestatis jure transeat. Hanc etiam tradicionem devote legitimeque peractam, jussi ego Willelmus, Roberti comitis filius, litterarum testimonio confirmari, ne oblivioni tradita facile [posset dissociari].

+ S. Willelmi comitis. + SS. [ Matildis ] comitisse. + S. Rogerii de Monte Gomerii. + S. Hugonis Parisiacensis canonici +. S. Gisleberti Crispin. + S. Willelmi filii Osberti + S. Widonis de Briod[ni] + S. Hugonis vicecomitis.